est quod dicit *Prisci*. q̄ huiusmodi noia sunt singularia  
intellectu. i. vnā rem singularē designāt intellectu: tr̄n voce  
pluralia. i. designant eā vt plura: et ideo nō p̄nt supponere  
verbis singularis numeri: nisi fiat alia institutio in singu-  
lari: vt ipsa est bona.

Sequit̄ nunc de propriozū nominū numero.

**E**d queritur q̄re propria noia lo-  
corum sepe in plura-  
li numero instituant̄ et inueniant̄: cū de iure sue  
significatiōis nomē propriū careat pluralitate. Ad hoc di-  
co q̄ locus pōt cōsiderari vt vnū et vt plura. Rōne continēs  
tis est vt vnū. Rōne contentoz est vt plura: quia est locus  
continēs et locus cōtētus. Et hac cōsideratione p̄nt noia lo-  
corū institui tā in singulari q̄ in plurali.

De singulariter declinatis tr̄n.

**Q**uia hic q̄ vt dicit *Pris.* q̄dā noia sunt  
semp singularia vel natura vl  
vsu. Natura: vt propria: qz non significāt q̄litate  
cōem: vt achilles: sol et luna. Usū vō sunt singularia: q̄ licz  
q̄litate cōem significant: vsus tr̄n p̄ferri ea singulariter tra-  
didit: vt sanguis et puluis. Et scias q̄ sol et luna sunt ppria  
s̄m opinionē platonis: q̄ putabat planetas habē spūs rō-  
nales. et illū sequit̄ *Pris.* dicēdo q̄ sunt propria. Sed con-  
siderata natura rerū put eas aīa specularē cōia sunt. et hoc  
vult *Aristo.* quē *Pris.* q̄nq; imitat̄ dicēdo q̄ sunt appella-  
tina. Cetera vō nomina planetarū: vt saturnus iuppiter  
mars ven<sup>9</sup> mercuri<sup>9</sup> propria sunt: qz sunt imposita stellis  
astrologica occasione sumpta a quibusdā peritis p̄sonis.

**Q**uinq; tamen modis ea q̄ semp  
sunt singularia na-  
tura vl vsu ad pluralitatē trahunt̄. *Euēt̄*: vt duo  
catones. *Participatione*: vt galliarū alia comata: alia to-  
gata. *Opinione*: vt duo soles. *Lucan<sup>9</sup>* in cōmento: *Euro-  
pāq; alios soles asiamq; videntes.* *Auctoritate veterū*: vt  
mella et vina. *Officio appellatiui*: vt apud *Quidiū*. *Illic et  
multos hectorēs eē puta.* i. multos fortes. Sūt tr̄n quedā  
propria q̄ rōnabiliter in vtroq; numero accipiunt̄: qz con-  
ueniūt cōiter o<sup>9</sup> de cognatiōe. s; hoc nō de natura cōis  
q̄litate p̄cessit: imo ex q̄dā accōmodatione: qz fungunt̄  
loco nominū patronomicoz apud latinos: vt *cornelij*: *me-  
telli*: *camilli*: *cesares*. *Uñ Quidi<sup>9</sup>*: *Cesarib<sup>9</sup> virt<sup>9</sup> etigit aī  
diē.* Sūt et alia q̄ singulari numero carēt: et sic sunt semper  
pluralia: vel natura vt pisces et gemini: vel vsu quēadmo-  
dū cōplexiua q̄ tā pro vno q̄ pro plurib<sup>9</sup> supponūt plura-  
liter: qz magis habēt se ad multitudinē q̄ ad vnitatē: vt  
manes moenia. S; ea q̄ semp sunt pluralia natura vel vsu  
rarissime ad singularitatē descēdūt. et hoc ideo qz plurali-  
tas est fortior singularitate. vel qz vnitās nō nascit̄ a mul-  
titudine: sed multitudo ab vnitatē. Quedā tr̄n ab illis q̄n-  
doq; accipiunt̄ in singulari: vel auctoritate: vt tenebra et  
schola. vel alia institutione facta: vt theba thebe. *Uñ Sta-  
tius*: *Uive superstes ait direq; ad moenia thebe: solus  
abi.* Et tr̄n pro eadē ciuitate dicim<sup>9</sup> et thebe thebarū. *Uñ  
Doza*. *Thebis nutritus an argis.* *Quiq; cōtingit ibi ethro-  
clisis: qz mutat significatiōē mutato numero: vt vespere  
vesperariū: et vespere in alio sensu. et he opes opū: sed ops  
opis in alio sensu.* *Predicta p̄nt cōfirmari p̄ *Pris.* in li. v.  
vbi determinat de numero sic dicētē: Sūt q̄dā noia semp  
singularia vel natura vel vsu. Natura: vt propria: q̄ natu-  
raliter indiuidua sunt: vt iuppiter: achilles: sol: luna: et ita-  
lia. Usū q̄ singulariter p̄ferri tradidit vsus: vt sanguis et  
puluis. In his tr̄n ip̄s est: q̄n vel euēt<sup>9</sup> vel partitio regio-  
nū: vel diuerse opiniones: vel auctoritates veterū cogunt̄:  
vel q̄n pro appellatiuis quoq; p̄ferunt̄: vel in plurali nu-*

mero p̄ferant̄. Sūt sunt quedā semp pluralia vel natura  
vl vsu. Natura vt gemini propriū in signo celesti: et pisces  
Usū: vt manes: arma: moenia: saturnalia: kalende none  
idus: et oia pene festozū dierū noia. Sunt quedam singu-  
laria voce: sed intellectu pluralia: que etiā cōprehēsiua di-  
cunt̄: vt *populus*: *exercitus*: *legio*. Alia circa intellectu sin-  
gularia: voce pluralia: vt *athene* *thebe*. Inueniunt̄ tamē  
in his quedam etiam singulariter prolata idem significā-  
tia. *Stati<sup>9</sup>* in. ii. *thebaidos*: *Uide supstes ait direq; moe-  
nia thebe.* *Dec *Pris*ianus.*

Quando sit dicendum vni vos.

**E** quadam vsuali locutiōe dubitat̄:  
vt cū dicimus vni cā bo-  
nois *Vos estis boni vel bon<sup>9</sup>*: pluralitas ista si-  
gnificat plures p̄sonas. i. plures p̄sonatus illi cui loq̄mur  
inesse. et p̄ hoc captat̄ q̄dā beniuolentia. *Dec* autē locutio  
prius introducta fuit a cesare qui solus oēs dignitates vt  
bis accepit. sed hoc in abusione maximā iam deuenit: qz  
cuilibet populari dicim<sup>9</sup> vos: et ita false loquimur vel in-  
congrue teste *Donato*: quia si vni dixerimus *Saluete*: so-  
leocismū facimus. *Uñ* quidā *trutānus*: vnū vosam<sup>9</sup> fab-  
so: vterq; tuamus. *Traxit* enī voso vosas ab h̄ plurali vos  
et tno tuas ab hoc singulari tu. *Dicit* ergo quidā q̄ debet  
adiectiuū in plurali numero poni: vt *Vos estis boni hu-  
miles et benigni*. *Nos* vō dicimus q̄ si quis loquatur in  
prima persona de se pluraliter omnia debēt sibi in nume-  
ro respondere: vt *nos sumus parati et proni ad honorem  
nostrum*. *Loquitur* enī qui sic loquitur potius concepti-  
ue: et sic aliquos alios sibi consociat: vt facit apostolic<sup>9</sup> vl  
alius dñs. *Nam* q̄n loquit̄ non conceptiue: tunc singula-  
ri sermone vtitur dicens cum propheta: *Ventrē meū do-  
leo*. *Num* ergo sermo dirigat̄ ad secūdā personā causa ho-  
nois si est adiectiuū nomen significatiōe tr̄n: dictio se-  
quens debet in singulari numero poni: vt *vos estis pater  
meus: dñs meus benefactor meus*. Si vō est adiectiuum  
voce et significatiōe: et est nomen: et imediate veniat cui  
substātiuū debet poni in plurali numero: vt *vos albi cur-  
ritis*. si mediate veniat debet potius in numero singulari  
sequi: vt *vos estis bon<sup>9</sup>: et vos estis pius*. Et hoc ideo vt p̄  
adiectiuū singulare ostendatur q̄ pronomen ibi sumitur  
pluraliter tr̄n causa honozis: non causa vere pluralitatis.  
*Preterea* cū adiectiuū sit tertie persone tr̄n: nō potest ad  
hanc improprietatez accedere: quia tertia persona causa  
talis honozis nunq; pluraliter sumitur eo q̄ caret discre-  
tione sermonis. *Est* ergo dicendū *Vos estis bonus: et nō  
boni*: sicut etiā ipsum idioma sonat. et minor improprie-  
tas est si dicā *Vos estis bonus: q̄ si dicam Vos estis bo-  
ni*. *De participio* autē dicimus q̄ potest in vtroq; nume-  
ro sequi eo q̄ habet naturā verbi: et naturā nois adiectiui  
*Nam* bene dicim<sup>9</sup> *Vos estis vocatus episcopus: vel estis  
vocati episcopi*. *Rectius* tr̄n est q̄ sumat̄ pluraliter sic ver-  
bū: quia maiorē conuenientiā habet cum verbo ex quo et  
nascit̄. vñ dicēdū est *Diligo vos benefaciētes mihi: et nō  
benefaciētē mihi*. *Ad hoc* dico: ad talem pluralitatē si se-  
quitur relatiuū substantie: in nominatiuo casu debet eiusdē  
numeri esse: quia tunc est eiusdē persone cū verbo antec-  
cedentis: vt *diligo vos qui benefacitis mihi*. at si sequat̄ in  
obliquo debet singulariter poni: qz tunc non amittit natu-  
ralem personā. i. tertiā: q̄ quidē nunq; istaz improprie-  
tatē recipit. *Et* q̄ relatiuū in obliquo teneatur in vi tertie  
p̄sone: q̄n̄s antecedēs sit secūde p̄sone: patet ex eo q̄ pōt  
recipere hoc relatiuū suus: quod nunq; refertur nisi ad an-  
tecedens tertie p̄sone. vñ bene dicim<sup>9</sup> *Tu quē diligit suus  
filius veni huc*. et ideo non potest fieri inde cōuersa locu-  
tio vt dicat̄ *Tu quē diligeris a suo filio veni huc*. qz rela-  
tiuū positū in nominatiuo casu esset vt suum antecedens  
secunde persone: vñ non posset recipere hoc relatiuū suo:  
relatiuū enī id refert̄ ad alterū relatiuū. *Dicendū* est ergo  
vt ex predictis patet: *Diligo vos ad cuius benignitatē re-  
curro: et non ad quozum.*

**Uero etiā hic** an causa honoris possit hoc nomen dño geminari in salutationibus: vt Patri & dño plurimū reuerēdo dño Petro archidiacono ianuesi. Ad hoc dicūt quidā qd est ibi tantologia propter inutile repetitionē hui⁹ dñi: & ideo fm eos nō est talis saluatio admittēda. Alij vō predictā salutationē recipiūt dicētes qd pmo dño preeminentiā figt: & alterū ponit cā vrbānitatis tm. Et h̄ recte pōt sustineri in lōbardia: qz lōbar di cā vrbānitatis fere oēs diuites v̄ nobiles dños appellāt indifferēter. & hoc intelligo si mediate iūganf. nā si imediate iūgerent: nō recte diceret: vt Patri q̄ plurimū reuerēdo & dño dño Petro archidiacono.

De figura nominis.

**E figura** apte agit post numerū: quia postq̄ res fuerunt distincte numero: figuratiōes rerū inuēte sunt cā determi nādi cōfusione: & causa habēdi certitudinē p ea q̄ p̄nt circa aliqd̄ deprehēdi. & ita figura sequit̄ numerū sicut ea q̄ sunt exteri⁹ sequunt̄ id qd̄ interius est.

**Uero quid** sit figura in grāmatica: Dico qd̄ figura est ex eodem vel diuerso pueniens qdā dispositio dictionis. Ex eodē. i. ex indiuiduo puenit simplex figura: qm̄ dicitio nō pōt diuidi in partes intelligibiles q̄rū sensū hēat: nec est a cōposito deriuata: vt magn⁹. Ex diuerso puenit figura cōposita: vt magnanim⁹: qz pōt diuidi in intelligibilia suo toti conueniētia. s. magn⁹ & anim⁹. Sifr̄ figura decōposita puenit ex diuerso: vt magnanimitas: qz h̄ p se nō posset diuidi in magna & animitas: qm̄ animitas nihil est: tm̄ traxit diuersitatē a cōposito qd̄ est magnanim⁹ a quo deriuat̄.

De figuris nominū.

**Res sunt** figure. s. simplex & cōposita & decōposita. Simplex figura vt tactū est dicit̄ q̄ nō pōt diuidi in duas intelligibiles partes prioris sensus capaces nec deriuat̄ a cōposito. Et scias qd̄ dicitio dicit̄ eē simplicis figure rōne intellect⁹ nō simplicis: s̄ cōpati ad vocē q̄ ipm̄ aīe rep̄ntat & sic talis simplicitas priuat diuisionē intelligibiliū. vñ figura simplex dicit̄ accidere dictioni. & licz oīs intellectus dictional̄ sit simplex: refert tm̄ inter intellectū simplicis dictionis & cōposite: qz simplex nō h̄ multitudinē in potentia: s̄ cōposita h̄ multitudinē in potētia intelligibiliū sic mixtū ex aq̄ & vino potētia liter habet vinū & aquā.

De figura composita questio.

**Uid sit** figura cōposita querit̄: Dico qd̄ quecūq̄ dicitio pōt diuidi p se i aliq̄ intelligibilia toti conuenientia: nec a cōposito deriuata: est figure cōposite. Ideo dici pōt qd̄ qdā dictiones sunt cōposite q̄ nō diuidunt̄ in intelligibilia propter vsum deficientē: p̄nt tm̄ diuidi: vt cōpleo: & offendo. nam pleo & fendo nō sunt in v̄su p se. Dico qd̄ qdā dictiones sunt q̄ p̄nt diuidi in intelligibilia: s̄ nō p se. vñ sunt figure decōposite: vt magnanimitas. h̄ enī diuidit̄ p aliud qd̄ est magnanimus. Toti conueniētia ideo dixi qz qdā p̄nt p se diuidi: sed nō in talia ex quib⁹ suā significatiōē pducant: vt vires: quod diuidi potest in vi & res. & iō nō est figure cōposite: qz totū non cōuenit cū significatiōe illarū partiū. Sunt & qdā alie dictiones q̄ bene p̄nt diuidi in duo intelligibilia toti conuenientia: vt edoctus. nec tm̄ sunt figure cōposite: qz trahūt suā cōpositiōē & cōpaginē aliunde: & iō sunt figure decōposite. Nā si cōpaginē non seruant: licz a verbo cōpositiōē trahāt: p se tm̄ cōponunt̄: vt cōfractus contractus: collatus: & cōpactus. Est enī cōpago iūctura principalis vocalis in ipso presenti vel p̄terito: q̄. s. nō remanet in participio p̄teriti t̄pis vel supino. Dicendū est ergo qd̄ in talibus est p se cōpositio faciēda. In verbo enī dicim⁹ cōfringo confregi. sed in supino contractū p se cōponit̄ ex cō & fractū: q̄uis habeat cōpositiōē a v̄bo. & sic de alijs est dicendum.

**X predictis** patet qd̄ qdā noīa sunt dubie figure: vt impietas & infidelitas: qz p̄nt p se diuidi in intelligibilia: & p̄nt h̄ ab ante cōpositi habere: vt impietas ab impi⁹ & infidelitas ab infidelis. Et nota qd̄ magis hec prepositio iū q̄ aliq̄ facit hanc ambiguitatē: qd̄ ideo cōtingit qz plures mutatiōes habet in q̄ aliq̄ alia prepositio. & fm qd̄ priuat magis cōuenit cū noīe q̄ cū v̄bo. habet enī exilem negationē sicut nomē habet exilem cōpositiōē. sed v̄bū habet vehementē: qz p̄ficat suā cōpositiōē noīs: vt hō albus currit. & sic albedo & cursus in hoīe conueniūt: s̄ p̄fectio cōpositiōis tota est a verbo. Nomē enī qd̄ est alb⁹ figt̄ cōpositū: s̄ v̄bū ostēdit formā cōpositi. & sic nomē habet se ad cōpositiōē debiliter: sed v̄bū vehementer. & ideo hec prepositio in raro venit ad cōpositiōē v̄bi qm̄ negat: qz exilis negatio non potest remouere fortē cōpositiōē. Inuenitur tm̄ in honore ras: vbi quidē in noīatiuo negat honore: sed magis ponit cōtrariū honore. i. dedecus. In alijs aut̄ significatiōib⁹ in sepe adiūgit̄ verbis: vt incolore: inferuio: inquirō: infundo: iniūcio. Noīb⁹ autē qm̄ priuat frequēter adiūgit̄: vt partim priuat & partim ponat: quia nō pōt noī auferre formā quin aliquā imp̄mat: cū omne nomē datū sit a forma: vt impius. priuat enī pietatē a subiecto: & ponit cōtrariū. Sifr̄ impietas priuat pietatē abstractiue: & ponit vitū sibi cōtrariū abstractiue. sicut autē se habet hec particula in oīb⁹: ita se habet in participijs: qz participiū p̄ntis t̄pis vel p̄teriti noīaliter positū: nullā aliam prepositiōē q̄ in pōt recipe p cōpositiōē: quā suū v̄bū recipit: vt impotens & indoct⁹. & hoc ideo qz in exiliē mutat vt dixi. Sed alie prepositiōes violenter: & ideo participiū trāficiens in vim noīs nullam prepositiōē p se recipit ad sui cōpositiōē p̄ter in: q̄ est noībus appropriata. vñ participiū futuri t̄pis noīaliter positū ea nō recipit: qz sapit naturā v̄bi cā infinitiui p quē exponit̄: vt docēdus. i. dign⁹ doceri. & ita nihil est dictū Iste est indocendus: sic nihil est indoceri. ergo incult⁹. i. nō cultus nomē est: s̄ incultus. i. habitatus participiū est ab incolore incoleris.

De his que non possunt componi.

**Ueritur** cur nō recipiam⁹ istas cōpositiōes imbon⁹: infortis: sicut impi⁹ & indign⁹: Ad h̄ dico qd̄ habem⁹ opposita istoz sine aliqua cōpositiōe: qz malus opponit̄ bono: & debilis forti. Nā cū dicit̄ malus: priuat bonitas & impi⁹ vitū. Sifr̄ cū dicit̄ Dic est debilis. Illis fortitudo & impi⁹ suū cōtrariū. Sed q̄uis nō sit dicēdū imbon⁹ vel imalus: tm̄ est dicēdū nō bon⁹: nō malus absq̄ vlla cōpositiōe: & tm̄ ibi sit priuatio sine vlla impressione sui cōtrarij: vt Loquor de hoīe nō bono: vel loquor de hoīe nō malo. Sciēdū tm̄ qd̄ bonū & malū sunt imediata circa rōnalē creaturā. vñ sequit̄ de hoīe qd̄ si est nō malus ergo ē bon⁹. Si autē est malus: ergo nō est bon⁹. Sed circa alias creaturas habet mediū quod est indifferēs: vt Iste lapis est nō bonus: & sifr̄ est nō malus. & ita nō sequit̄ qd̄ sit malus vel bonus: sed indifferens.

De compositis a non.

**E hac autē** negatione nō sciēdū est qd̄ preposita nomini per cōpositiōē priuat tm̄: vt nullus & nemo. Nō enī priuat rem sine qlitatē istoz nominū: sed attributionē sequētis verbi: vt nullus hō currit: nemo disputat. Sifr̄ nihil: vt nihil currit. Sed qm̄ p cōpositiōē adiūgit̄ verbis sine dubio priuat & ponit: vt nolo nequeo nescio. Nec enī sola verba cōponunt̄ cū nō vt ostendat̄ pena inflicta homini propter originale peccatū: quia punitus est bonitate sciētia & potētia. Si autē veniat p infinitatē: tunc habet exilē negationē: quia priuat & ponit: vt non homo. i. ens aliquod quod nō est homo. sed tale nomē dicit̄ infinitū a dialecticis. & nō est hec prepositio grāmaticoz sed logicorū tm̄: qz vtunt̄ ea ppter necessitatē ouersionū. In arte autē grāmatica dicim⁹ qd̄ nō qm̄ facit exilē cōpositiōē ne-



gatio est. et tunc sicut dicitur Priscianus potest etiam adtingi non  
 mini separatim: ut non bonus vir: non bona mulier: non bonum  
 macipium: quia non est dicendum quod non bonus sit hoc quoddam compositum  
 infinitum: quia si hoc esset corruptum accentus: et oporteret nos  
 dicere non bonus antepenultima. acuta. Ex predictis habemus quod  
 hoc est recipienda. Iste lapis est non pius: non tamen est impius:  
 quia cum dico non pius licet non venit per appositionem et priuat tamen:  
 sed impius priuat et ponit. Et nota quod quoniam licet non venit per infi  
 nitatem nullo modo potest infinitare dictionem quam in se habet  
 finitatem: et sic non infinitat verbum prime vel secunde persone:  
 quis infinitet verbum tertie persone: ut sortes non legit: hoc  
 est agit aliquid sed non legit. Hac etiam ratione non infinitat aliquid  
 pronome: unde nihil est dictum Sortes est non homo: quia si hoc esset: bene  
 diceret Lego non ego. id est aliquid quod non est ego: et hoc nihil est.  
 Ex dictis iam habemus quod magis hec negatio in compositis  
 cum nominibus quam cum verbis. et quod licet hec particula non quicquam faciat  
 vehementer negationem: ut nullus. quicquam tenuem: ut non bo  
 nus. quandoque infinitam: ut non homo.

De figura composita.

**Composita** figura ut ait Priscianus in v. li. ubi agit de figura: in  
 omnibus partibus orationis inuenitur: excepta interiectione que semper est figure simplicis. Participia vero sunt omnia  
 figure simplicis vel decomposita: preter pauca non seruata  
 copagine suorum verborum. unde sunt figure composita: ut contractus:  
 contractus: copactus: et cetera similia.

**Meritur hic** quid obesset si diceretur  
 mus Contractus est figura  
 re decomposita: Dicimus quod hoc foret contra naturam: quia  
 semper hoc integra et perfecta fluere a corruptis et imperfectis. Nam  
 contractus constat ex integris: sed contingit ex integro et cor  
 rupto: et ideo fuit copago seruanda. Nam minus perfecta veniunt a  
 magis perfectis: et non e conuerso.

**Ed queritur** hic de hoc participio  
 pertesum ubi improp  
 nalis: ut tedit tedeat pertesum est. et hoc dicit Priscianus.  
 ergo compositum descendit a simplici: quod esse non potest: Dico quod  
 sicut tollo accipit mutuo sustuli compositum: ita hoc simplex tes  
 det accipit mutuo suppletionem a composito participio: quod  
 ab hoc verbo preter proprie venire debet. Et certum est quod sepe  
 simplicia ponuntur pro compositis: et e conuerso.

**Idetur autem** quod interieccio quicquam fit  
 figure composita: ut  
 pro cholo: et heuo. Sicut est querendum que inter  
 iectio non potuit esse figure decomposita. Ad hoc dico quod ideo  
 non potest interieccio habere figuram compositam: quia proprium est  
 passionis destruere. unde cum interieccio affectum passionis  
 designet: naturam habet compositioni contrariam. et propter hoc con  
 suevit abscondita voce preferri: ergo pro cholo non potest esse  
 una pars: imo sunt due. sed heu et de sunt due interieccio  
 nes absque compositione sicut o vtina sunt duo aduerbia opta  
 di sine compositione venientia.

**Repositiones** autem apud grecos  
 omnes sunt figu  
 re simplicis. sed apud latinos quedam videntur esse figu  
 re composita: ut aduersum: et inter: que ex ad et versus: in et ter  
 componuntur: quia ternarium medium habet: unde inter meditationem  
 notat. sed considerata veritate omnes fere prepositiones sunt figu  
 re simplicis natura. Quedam numerantur inter prepositiones  
 que magis aduerbia sunt. et causam illorum dicit Priscianus quod figu  
 ra composita in prepositione inuenitur.

De compositis ex integris et corruptis.

**Sicut in** compositio rerum naturalium quedam  
 corruptum: ut farina et aqua in com  
 positione panis. et quedam integra manent: ut funda  
 mentum paries tectum in compositioe domus. ita in grammati  
 ca contingit: quia fit compositio quicquam ex integris: ut pulcher.  
 quicquam ex corruptis: ut patricida. quicquam ex integro et corrupto  
 ut maledic. quicquam ex corrupto et integro: ut impius. Corru  
 ptiones autem iste fiunt in huiusmodi compositis cum cuiusdam

elegantie atque venientie: quod in naturalibus etiam contingit ubi  
 supflua refecant: et enormia et aspera poliunt. Sed consue  
 nit obijci sophisticis Patricida componitur ex parte et a ce  
 dens. hec autem integra sunt: ergo componitur ex integris. Item  
 omnis dictio composita componitur ex his que sunt integra: ergo  
 omnis dictio composita componitur ex integris. Solutio: Dicimus  
 quod hec prepositio ex se habet causam materiale cum dico Nomen  
 componitur ex integris. id est integre sese habentibus in compositioe.  
 similiter ex corruptis. id est corrupte venientibus ad composi  
 tionem. unde non sequitur Hoc componitur ex his que sunt inte  
 gra: ergo ex integris.

**Verò de hoc quod** dicit  
 Priscianus

quod cuiuscumque modi est compositum ex quatuor. nam nulla  
 dictio potest ex pluribus componi quam ex quatuor. hoc vero non videtur  
 verum: quia ipse dicit in tractatu prepositionum quod hec preposi  
 tio cum non venit per compositionem: sed con. Ad hoc dicit quidam  
 quod Priscianus quicquam accipit cum prepositione large: quicquam stricte.  
 Large cum dicit syllabicam adiectionem per compositionem venire.  
 et hoc modo cuiuscumque modi est compositum ex quatuor. Nam  
 cuiusque proprie est syllabica adiectio. sed ipse accipit ibi cuiusque  
 pro duabus partibus. Stricte autem loquendo non dicit syllabi  
 cam adiectionem venire per compositionem: et sic non est contrarium  
 sibi. cum enim prepositio non venit per compositionem: sed quoniam est syl  
 labica adiectio sic: ita quod compositio large accipiat. Nos vero  
 dicimus quod cum potest per veram compositionem venire: non tamen per se sed  
 virtute huius coniunctionis que et hoc vult ipse Priscianus. cum dicit quod  
 cum non venit per compositionem. Illud enim quod dicit syllabicam ad  
 iectionem venire per compositionem: hoc nihil est: quia Priscianus ubique  
 dicit quod syllabica adiectio non accipit per compositionem. Dicimus  
 ergo quod quicquam componitur ex qui et cum et que. Ab hoc res  
 latiuo qui trahit vim relationis: quia requirit duo verba sicut  
 hoc relatiuum qui. A prepositione habet ut sit collectiuum. A  
 coniunctione habet ut sit distributiuum. Sicut cuiuscumque modi  
 habet vim relatiui a cuius. A prepositione vero habet colle  
 ctionem. A coniunctione distributionem. Ab hoc genitiuo modi  
 habet qualitatem adiectiuam: quia talis genitiuus regitur  
 ex vi accidentis: ut liber huiusmodi.

**Componuntur autem** nomina ex om  
 bus parti

bus orationis: excepta interiectione: quia ipsa est al  
 terius nature quam alie. Non enim est ad placitum simpliciter: nec  
 exit a ratione existente in sua potentia: sed ab irascibilitate vel con  
 cupiscibilitate preedit. et ob hoc nullum nomen cum interiectione  
 componitur. Sed potest nomen componi cum nomine: ut paterfamilias.  
 cum verbo: ut armiger. cum participio ut senatus decretum. cum  
 pronomine: ut huiusmodi. cum prepositione: ut impius.  
 cum aduerbis: ut maleficus. cum coniunctione: ut uterque  
 siquis nequis et cetera.

**Ed non videtur** nomen compo  
 ni posse cum

verbo: ita quod ex eis compositum sit nomen: ut armiger:  
 quoniam verbum trahit potius quam trahat: sicut patet in hoc verbo  
 edifico: quia verbum est in operatione: nomen in quiete. ergo ar  
 miger non debet componi a nomine et verbo. Non enim est armiger  
 idem quod arma gerit: imo armiger. id est arma gerens: et ergo ar  
 miger non est compositum a verbo. et hoc est contra Priscianum. Sicut non vi  
 detur posse componi cum participio retento in vi participij: nisi  
 ante componatur cum suo verbo: ut edificans ab edifico: quia parti  
 cipium sicut est in operatione: et nullam potest habere compositionem  
 retentum in vi participij: nisi contrahat illam a suo verbo: ergo cum  
 hoc genitio senatus non componitur in eo quod est participium: sed in eo quod est  
 nomen. et ita deberet dixisse Priscianus quod senatus decretum compo  
 nitur a nomine: et non a participio. Idem potest de silibus obijci: ut  
 homicidia: celicola: armipotens: quia non videntur hec posse com  
 poni a participijs in vi participioz positus: cum verba ipsorum  
 has compositiones non recipiant. Dicimus quod est compositio imed  
 diata: et compositio mediata. Immediata est que fit per proprie  
 ra. Mediata que fit per remotiora. Secundum hoc dicimus quod armis  
 ger quatuor ad immediatam compositionem componitur ex nominibus. scilicet ar  
 d 2

morū 7 gerens: sed q̄tū ad mediā reducī ad verbum: 7 ideo dicit cōponi a v̄bo: q̄ dicit armiger q̄ arma gerit. s̄l̄r senatus decretū q̄tū ad imediatā cōpositionē cōponit ex noib⁹. s̄. h̄ ḡtō senat⁹: 7 noie q̄d est decretū ti. s̄. q̄tū ad mediā cōpositionē cōponit a participio: q̄ senatus decretū est: illud ius q̄d est a senatu decretū. 7 ita Pr̄f. q̄nq̄ habet respectū ad imediatā cōpositionē: q̄nq̄ ad mediā tā. v̄n̄ ipse dicit q̄ armipotens cōponit q̄nq̄ ab h̄ ḡtō armozū: q̄nq̄ ab h̄ actō arma: q̄d s̄m̄ predictā distinctionē soluedū est: q̄ cōponit cū ḡtō imediate. i. p̄ se. cū actō autē imediate. i. p̄ gratiā ḡtī. 7 sic ē iudicādū de silib⁹. vt homicida: celicola. i. hoīs cedens 7 celi colens. 7 hec ad participia reducunt. s̄. hominē cedens 7 celū colens. Et nota q̄ q̄uis isto modo v̄ba vel participia cū aliquibus nominū cōponant: formatiōes t̄n̄ istarū cōpositionū q̄nq̄ sunt a ntis: vt homicida: armipotēs: nec t̄n̄ cōponunt ab his nominatiuis hō vel arma: s̄ ab obliq̄s eoz. q̄nq̄ formati a ḡtis: vt lucifer. 7 sic formatio semp̄ respicit maiorē habilitatē vocis. Cōpositio v̄o maiorē quēntiā intelligibiliū ex quib⁹ ipm̄ cōpositū est p̄ductū. Possumus etiā dicere q̄ participiū in vi participij retentū cōponit cū obliquo: 7 a tali cōpositione habet vt trāseat in nomen: vt si faciēs cōponat cū actō doctū: necesse est q̄ trāseat in nomē. v̄n̄ doctific⁹ cōponit a doctū 7 faciēs. 7 sic participiū trāsit in nomē cōpositione: vt indoct⁹: 7 doctific⁹: ita v̄bū trāsit in nomen compositione: vt armiger.

**Componunt** noīa fere per oēs casus. per noīatiuū: vt respublica. per genitiuū: vt legislator. p̄ datiuū: vt tribunus plebi vel plebis. p̄ accusatiuū: vt agricola. i. agrū colens. p̄ ablatiuū: vt menceps. i. mente captus. Fere dicit propter vocatiuū: q̄ per ipm̄ retentū in vi vocatiui nō fit cōpositio. nā mactē. i. magis apte accipit pro h̄ ntō mact⁹ q̄ apud antiquos fuit in vsu. S̄l̄r pluralia cū singularib⁹ cōponunt: vt orbis terrarū: 7 a secretis: a caliculis: a responfis: ab abatis: a comētarijs. hec enī cōponunt ab assistēs 7 illis datiuū: 7 sunt noīa officioꝝ indeclinabilia. S̄l̄r p̄ accusatiuū pluralē fit cōpositio: vt gemellipere. i. gemellos pariens. 7 p̄ ablatiuū pluralē vt quidā volūt de illis eisdē s̄. a secretis: a caliculis. ab a prepositiōe latina: 7 h̄ ablatiuo secretis: q̄n̄ ab ipsis decretis q̄ eis cōmittunt dicit aliq̄s a secretis. 7 idem pōt de alijs iudicari. Et hic est differentia notāda inter participiū 7 alias dictiōes casuales: quia nomē 7 p̄nomē cōponunt etiā p̄ obliq̄os: vt aliusmodi istiusmodi. s̄ participia non p̄nt cōponi teste Pr̄f. nisi p̄ noīatiuū: 7 h̄ habet a suis v̄bis: q̄n̄ verba vim noīatiuoꝝ h̄nt: 7 nō obliquoꝝ. ergo si aliq̄d participiū videat in obliquo casu ad cōpositionē venire: dicēdū est q̄ amittit naturam participij 7 compositione trāsit in nomen: vt doctificus. i. doctum faciens. Si obijciat de edificans: Dicitur q̄ faciens non habet hanc compositionē a se: imo a verbo: quia est figure decomposita.

**Im verbis** etiā cōponunt noīa per oēs casus excepto ntō 7 vocatiuo. cōponunt enī p̄ genitiuū: vt magnipēdo 7 floccifacio. p̄ datiuū: vt crucifigo. per actiū: vt edifico. i. edem facio. p̄ ablatiuū: vt vsucapio. Ntūs autē nō pōt venire ad cōpositionē v̄bi integre: q̄d dico prop̄ possum: q̄d cōponit ex h̄ ntō potis 7 sum: nec vocatiu⁹: 7 h̄ iō q̄ cōpositiōes fiunt cā p̄fectiōis: ac si ex ntō sine v̄tō 7 v̄bo p̄duceret v̄nū v̄bū cōpositū: talis cōpositio de p̄fecto faceret imp̄fectū: q̄ ntūs cū verbo v̄l etiā v̄tūs cū v̄bo generat p̄fectū sensum. s̄ oīs dictio simplex siue cōposita in eo q̄ dictio h̄ imperfectionē: 7 sic talis cōpositio stare nō possit. v̄n̄ siq̄s vellet ita ponere q̄ tantū valeret iste termin⁹ a quantū ista oratio Sortes currit: iniuste poneret: nec eēt illud possibile: q̄ p̄fectū 7 imp̄fectū nō cōpollent. s̄l̄r nec simplex 7 vere cōpositū. Ex p̄dictis habem⁹ q̄ cū dicitur mare? id est tullī? vel mare? h̄ est tullī? id est vel h̄ est nō pōt eē dictio cōposita: q̄ constat ex ntō 7 v̄bo: 7 ita

nō sunt cōiunctiones expositiue vt quidā dicūt: q̄ nec etiā talis spēs cōiunctionū inuēta est. 7 sic est dicēdū q̄ sunt orationes expositiue: 7 nō dictiones cōposite. 7 illud p̄nomē hoc venit demonstratiue: 7 h̄ p̄nomē id relatiue: 7 respicit intellectū p̄cedētis termini: 7 nō suppositū: 7 iō sumit in neutro genē: 7 in singulari numero. Et scias q̄ oīs dictio cōposita p̄ncipaliter resoluit in duas partes: s̄ ille p̄nt adhuc simplicitatē 7 cōpositionē habere: vt imperterrit⁹. p̄t enī cōpositū siue decōpositū fuit p̄territ⁹: 7 inde decōpositū fuit imp̄territ⁹. V̄n̄ Pr̄f. dicit q̄ quedā accipiunt secundam compositionē ex iam ante cōpositū: vt inexpugnabilis imperterritus 7 his similia.

De compositis ex duobus rectis.

**Compositio** autē integroz vt dicit Pr̄f. in. v. li. vbi agit de figura: q̄ si fiat compositio ex duob⁹ ntīs v̄terq̄ declinat: vt h̄ respublica hui⁹ respublice. Si autē ntīs cōponit ex duob⁹ obliq̄s v̄terq̄ obliquo manet indeclinabilis: vt huiusmodi. Si v̄o cōponat ex noīminatiuo 7 obliquo: vel ex obliquo 7 ntō: ntūs declinat 7 obliquus remanet indeclinabilis: vt h̄ tribunus plebis hui⁹ tribunus plebis: 7 sic senatus decretū hui⁹ senatus decreti. excipit alteruter: q̄d q̄uis cōponat ex duob⁹ integris ntīs: t̄n̄ declinat t̄n̄ in fine. Req̄rit v̄o p̄dicta regula q̄ h̄ masculinus alteruter faciat alterius utrius. S̄ alia regula vult q̄ sequat eūdē ḡtū cum suo feminino 7 neutro q̄ sequunt alterutri⁹. Ntūs ntūs desinēs in us debet eē cōis triū generū. Nec itaq̄ regula p̄dominat: q̄ duo sunt potētiores v̄no: 7 sic alteruter facit ḡtū alterutri⁹: sic suū femininū 7 neutruū. Et sciēdū q̄ femininū 7 neutruū nō declinat ex v̄traq̄ parte: nec componunt ex integris cā vitādi biatū si dicerem⁹ alterutra: vel cā vitādi metacisimū si dicerem⁹ alterumutruū. 7 sic maior elegātia fuit in cōpositione facta ex corrupto 7 integro. 7 sepe videm⁹ q̄ v̄nū cedit duob⁹. v̄n̄ v̄traq̄ acuit penul. 7 s̄l̄r pleraq̄ propter masculinū et neutruū suū q̄ idē faciūt. Pōt t̄n̄ enclitica cōiunctio eē cā in his: q̄ sepi⁹ iclinat accentū p̄cedētis syllabe in cōpositiōe integroz sic ex cōpositiōe: vt v̄traq̄: pleraq̄: v̄biq̄: q̄nq̄: vt dicit Pr̄f. in. v. li. in tractatu de figura.

Contra predicta obiectiones.

**Insuevit** t̄n̄ obijci de pluribus alijs contra p̄dictā regulā. V̄n̄ Pr̄f. insufficiēs eē dicit. Obijci enī de p̄nasus: leopardus: duoden⁹: capapellis: 7 de q̄: busdā proprijs noib⁹: vt omnebonū: os aureū: q̄ cōponunt ex duob⁹ integris ntīs: 7 t̄n̄ declinant t̄n̄ in fine. Ad h̄ dicim⁹ q̄ Pr̄f. satis sufficiētē dicit. Nā dicim⁹ q̄ p̄nasus nō cōponit: q̄ fuit cōpositū a grecis q̄ nunq̄ habuerūt respectū ad h̄ noīa latina par 7 nasus. Duoden⁹ autē nō cōponit ex duo 7 den⁹: s̄ deriuat a duodecim: 7 sic est figure decomposita. Si obijciat de duodecim in quo non declinat iste ntūs duo: dicim⁹ q̄ nō oportet: q̄ regula intelligēda est t̄n̄ de integris. duodecim autē componit ex integro 7 corrupto. Leopardus autē cōponit ex corrupto 7 integro. s̄. ex leena vel leena 7 pardo: q̄ nō dicit leopardus eo q̄ sit partim leo 7 partim pardus: s̄ q̄ natus est ex leena 7 pardo. Capapellis v̄o cōponit ex abltō 7 ntō: sic legei⁹ q̄d in rhetoricis inuenit: q̄ dicit capapellis q̄si pellis cū capa. In proprijs noib⁹ certe possum⁹ dicere q̄ regula Pr̄f. tenet: vt h̄ montispesulan⁹ hui⁹ montispesulan⁹. 7 h̄ montis leo hui⁹ montis leonis. q̄nq̄ t̄n̄ facim⁹ grecisimū: q̄ declinam⁹ nomē cōpositū sic in fine t̄n̄: vt h̄ omnebonū hui⁹ omnebonū. 7 videt h̄ eē de rōne: q̄ illa cōpositio nō est vera s̄ t̄n̄ ymaginaria. nō enī traxit aliquā significatiōē ab eo q̄d eē oē. Idē dicēdū ē de os aureū os aurei. greci at nō declinat aliq̄d nomē cōpositū in medio s̄ t̄n̄ in fine. Verbuū v̄o cōpositū q̄nq̄ declinat in medio 7 in fine: vt carthagraphe. i. scribo: 7 carthagraphe. i. scripsi. 7 quotiens h̄ apud eos cōtingit faciūt cōpositionē p̄ se in p̄nti: 7 p̄ se in p̄terito. 7 h̄ ideo sicut dixim⁹ superi⁹ ne corrupta ex integris: vel inte

gra ex corruptis componi videantur.

**Quid etiā** notandū est q̄ q̄liscūq; fue rit cōpositio in nō talis res manet in obliquis. Si enī sit ex integris integra remanet in obliq;: vt neutripassiuū neutripassiuī. Si autē sit ex corruptis eādē corruptionē retinet i obliq;: vt parricida parricide. Idem dico si fiat ex corrupto et integro: vt multimodus. vel ex integro et corrupto: vt pspicax pspicacis. Excipiunt ista quattuor: alteruter alterutri: tantū dē tantidē: quicq; cuiusq;: idē eiusdē. Nā alteruter cōponit ex integris: sed alterutri ex integro et corrupto. tantū dē ex corruptis: s; tantū dē ex integro et corrupto. quicq; ex corrupto et integro: sed cuiusq; ex integris. idē ex corruptis: sed eiusdem ex integro et corrupto sicut vult magister Bene.

Questio de eodem.

**Merendū est hic** vtrū verbū cū vbo pos sit cōponi sic nomē cū noīe: Dicit Prif. q; sic: sed nō nisi cū infinitiuo: vt tepefacio cis. i. tepere facio: q; infinitiuus est q̄si nomē vbale. S; alij modi inter se nō cōponunt. et h̄ iō q; vnaqueq; inclinatio habet suū finē et certū terminū. vñ nō p̄t ad vnū reduci sine medio. i. sine cōpositione. et ideo ex alijs modis nō potuit fieri vna cōpositio: q; diuersitas motus et finis impediēbat vñ intellectus simplicitatē. Inuenitur tñ in iure ciuili cōpositio facta ex duob; integris vbis q̄ declinant ex vtraq; parte sic duontī. i. vtozfruo: vterisfrueris: vsufructus sum: et talis cōpositio in nullis alijs vbis reperit. S; e vna mirabilis cōpositio orbiumueij qd̄ est cōpositū ex integris diuersoz generū et nūeroz. Et declinat orbiumueij: gto hoz orbiumueioz rū: dtō bis orbiumueis et. Ciuitas enī est q̄ vocat orbium: et vocat vei: s; corrupto noīe nūc dī vrbuet. et inde pprie dicebāt ciues orbium: siue vietani: vel diuictum orbiumueis tani: q̄ nūc dicunt vrbuetani. Questio.

**Meri nunc potest** vñ possit vtrū obliquus recto diuict; maneat indeclinabilis cū sui natura sit declinabilis: vt tribunus plebis: Dicimus q; h̄ trahit ex adiuncto: q; natura illa p̄ que rectus cōstruit cū obliquo vna est sibi et oib; suis obliq;: et ita ē simplex et indiuisibilis: et h̄ nā seruauit obliquū indeclinabilez in tali cōpositione. S; si fiat cōpositio ex duob; gtis debet vterq; gtis indeclinabilis pmanere: vt huiusmodi: qd̄ ēt ex nā obliq; tati: et tūc quē admodū si absq; cōpositione veniret. nā si isti gti huiusmodi adiūgerēt alicui nō ipm et oēs ei obliquos vni formit respicerēt. Et h̄ eadē est nā et causa que seruauit eos indeclinabiles in cōpositione.

Questio de eodem.

**Merio an** sicut ista cōpositio respublis ca possit fieri hec cōpositio mulieralba: Itē sic est vna cōpositio tribunus plebis: magister militū: argiletū: malefidus: malefan: possit eē vna cōpositio: potestas bononiensū: magister platonis: socratifasin: malecōcoris: malefort; et sic de filib; qri pōt. Ad p̄dicta n̄dem q; oīs cōpositio imutat et cōmutat et cōmoditatē h; alioq; ē inutilis: et nō ē tenēda. Dicim; q; q; iō respublica est vna cōpositio vt aliqd̄ imutat. Nā qñ res publica sunt due partes: idē est res publica qd̄ res notoria et manifesta. Vñ Dorati: Publica materies puati iuris erit. i. materies iā notificata. Cū autē ē vna dictio cōposita: idē est respublica qd̄ cōe. Nec imutatio nō tūc geret dicēdo mulieralba: q; siue eēt vna dictio cōposita siue nō: semp vna fieret suppositio p muliere alba: et sic nulla eēt vtilitas in tali cōpositione: vñ nō est faciēda. Ad secū dū dicim; q; aliud ē tribunus plebis in cōpositione: et aliud ē cōpositione: q; ex cōpositione pōt venire p tribuno cuiuscūq; plebis. s; in cōpositione venit pro illo solo q̄ habebat tribunatū i plebe romana. S; magister militū qñ est vna dictio notat dignitatē magnā quā q; habebat in vrbe romana: et is mō dicit marefalcus. S; qñ sunt due

partes pōt fieri suppositio pro quocūq; aliquos milites magistratē. Argiletū vō vna dictio est nomē loci vbi fuit argus iterfectus. s; qñ sunt due partes argiletū dicit mors argi. Malefidus vna dictio figt illū q̄ leuitatē h; et nō seruat fidē. s; qñ sunt due partes figt illū cui nō seruat fides: vt iste est fidus male inter hostes. Malefan; figt illū q̄ ē leprosus. s; qñ sunt due partes figt illū q̄ h; sanitatē impfctā. P̄familias vna dictio figt illū cui filius est oīs here ditatis de iure: etiā si nō eēt nat; oū eēt vius i vtero mris. s; qñ sunt due partes figt illū cui ples iā est vna familia. Tales autē imutatioēs nō pueniret si eēt cōposita illa q̄ obijciunt. Nā potestas bononiensū nō sumeret p alio in cōpositione q; ex cōpositione. nec magister platonis: vt socratifasin: nec malecōcoris: nec malefortis. iō tales cōpositiones recusant. s; miles iustitie nro tpe possum; dicit q; sit vna dictio cōposita: q; p̄tinet ad quoddā officiū reddē di iustitiā. s; qñ sunt due partes miles iustitie dicit q; cūq; est miles iustus. S; dominus legū. i. iuris p̄t est vna dictio. s; qñ sunt due partes dicit oīs legū solus impator: q; ipse solus habet potestatē condendi et destruēdi iura. Idē ē in vbis dicēdū: q; nō sic dicim; maledico: bñfacio malefacio: possum; dicit q; sit vna cōpositio malecurro vt benelego. nā aliud est maledico bñfacio malefacio qñ est ibi cōpositio: et aliud qñ nō est. s; in malecurro vt benelego non erat aliud: et iō inutilis fuisset ista cōpositio. S; aliud ē satisfacio et satisfacio qñ ibi ē cōpositio et aliud qñ nō ē. s; si vellē eodē mō cōponē satisfacio satisfacio nō possē q; nihil imutaret cōpositio. S; aliud ē vsucapio p cōpositione: et aliud sine cōpositione: q; p cōpositione p̄tinet ad quoddā ius: s; absq; cōpositione p̄tinet ad quēcūq; capiēdi vsum. et ita de filib; est dicēdū vel indicēdū.

De compositis ex duobus obliquis.

**Meritur etiā** q̄re sit cōpositio magis ex duob; gtis q; ex duob; alijs obliq;. sic enī dicim; huiusmodi possem; dicit huiusmodi: huiusmodi: vel assignet q̄re non; Ad h̄ dico q; ex nullis obliq; integris fit cōpositio noīa: tualis nisi ex gtis: q; tales gti qñ veniūt p appositionem regunt ex vi accidētis: q; demonstrat eētā rei sic adiectiua. nā gti cām formale designāt: vt equus albicoloris: et liber istiusmodi. vñ videm; q; talib; gtis. i. q; regunt ex vi accidēt; pōt accidēs copulari. i. adiectiuū: vt equus celer et albi coloris currit. Nulli autē alij casus regunt ex vi accidētis pprie et nālit; qd̄ dico ppter abltōs q̄ aliqñ affinitatē quā h̄nt cū gtis ex hac nā regunt: vt equus albo colore. soli gti h̄nt hāc nālit; cū adiectiuis conueniētā: et iō ex genitiuis sulis q; ex vi accidēt; regunt pōt fieri noīa: tualis cōpositio: que vice vni adiectiuū sumunt: vt huiusmodi: istiusmodi: alteriusmodi: aliusmodi: cuiusmodi. Patet q; quare nō fiat talis cōpositio ex alijs obliquis.

Questio de eodem.

**Merio hic** q̄ comoditas sit i his cōpositionib;: et q̄renūq; fiat sine h̄ gto modi: Ad h̄ dico q; siūt cā imutatiois: q; qñ nō est ibi cōpositio regunt duob; accētib;: et ille gtis modi sumit p mēsurā siue q̄ntitate: vt liber istiusmodi. i. istiusmodi. S; qñ ē ibi cōpositio statim regunt vno p̄cipali accētū: sic nā dictionis req̄rit: et tale cōpositū defigt tūc q̄litate et nō q̄ntitate: vt liber istiusmodi. i. tal. anpenl. enī modi acuit. Quare aut magis fit p hunc genitiuū modi h̄ est rō: q; sumptū sine cōpositione in tali respectu qñ regit ex vi accidētis accipit p q̄ntitate. s; modus p que regunt tales gti est q̄litas qd̄ respectiua: et iō iste gtis modi solus fuit vtriq; nature conueniens. i. ad q̄ntitatē qñ nō interuenit cōpositio: et ad q̄litate qñ ibi est cōpositio.

Questio de eodem.

**Ed querit** an talis cōpositio sit recipienda: bonimodi: sic alius cuiusmodi: vt cū dicat Liber bonimodi: Dico q; nō ē recipiēda: vt bonimodi sit vnū nomē oīs ge. inder

clinabile: sicut huiusmodi. Et dico qd speciale adiectiuu impedit: qz cōpositio p̄dicta ex talib⁹ ḡtis req̄rit gn̄alitatē. vñ faciēda est p̄ nomē gn̄ale: vt cuiusmodi vel p̄ p̄nomē qd̄ qdē p̄tinet ad oēs materiā: vt istiusmodi: eiusmodi. Sūt enī huiusmodi adiectiua gn̄alia: z ideo adiectiuū sp̄ale ad talē cōpositionē venire nō potuit: filis tñ cōpositio videt̄ posse fieri in his ḡtis vniūsmozis: vt sit vñ nomen ois ge. indecli. z erit sensus vniūsmozis. i. cōcorz: vt isti homines sunt vniūsmozis. i. cōcordes vel vnanimes. Vñ in psal. Qui habitare facit vniūsmozis in domo id ē vnanimes z cōcordes. nisi enī veniāt p̄ cōpositionē nō videt̄ latine dictū: qz nō habet a quo regat̄.

Questio de eodem.

**Ueritur insuper** q̄re i huiusmodi cōpositionib⁹ q̄nq; p̄cedat obliqu⁹: z q̄nq; postponatur: vt senatus decretū: z magister militū: Ad h̄ dicovet respōdeo qd̄ in ordine cōpositionis est magna vis faciēda. vñ enī sp̄ in cōpositione possidet finē: qz magis finit q̄ alie p̄tes. z inde fuit necesse qd̄ sp̄ vñ declinaref̄ in fine.

Idē facit z p̄cipiū: qz tenet naturā vbi. nō aut̄ in tali cōpositione q̄nq; tenet p̄ncipiū q̄nq; finē. p̄ncipiū dat̄ ei qd̄ est dignū. finis aut̄ indignior. Et hac rōne dicimus senatus decretū z magister militū: qz senat⁹ est dignior suo decreto: cū possit illud cōdere z destruere. z mgr̄ est dignior militib⁹ quib⁹ p̄fidet. Silt̄ in cōpositione facta p̄ hūc ḡtū modi: debet̄ ordo seruari: qz finis debet̄ noi. n̄ ad nomē reducant̄ adiectiua ita cōposita: vt huiusmodi: istiusmodi. z etiā alia rōne: qz iste ḡtū modi p̄ficit intellectū q̄l̄itatis in talib⁹ adiectiuis. z fm̄ h̄ illa q̄ magis p̄ficiūt z specificāt in cōpositōib⁹ debet̄ habere finē. z q̄tū ad h̄ finis dignior ē: cū sit p̄fectio rei. vñ nunq; ē aduer. t̄pis rōne finis: z nusq; aduer. loci rōne finis. ḡ n̄aq; videt̄ qd̄ deberet eē copulatiua: qd̄ tñ nō ē: imo ē cālis. Dicim⁹ qd̄ h̄ p̄ticula qz h̄ alia de cā postponit̄. s. qz est ordinis subiūctiui.

De geminatis per compositionem.

**Ueri potest hic** q̄re cōtingat qd̄ qdā geminata veniāt ad cōpositionē: z qdā nō: Nā de nō est vñ nomē cōpositū: nec fuit ē vñ vñ cōpositū. Ad h̄ dicim⁹ qd̄ si cōpositio sup̄addat aliqd̄ geminationi vñ ē cōpositio. si nihil sup̄addat: nulla tūc vñ cōpositio sup̄uenire. Dicimus ḡ gn̄alit̄ qd̄ oīa interrogatiua noīa vel aduerbia p̄nt̄ geminari: z de iure cōponi: qz cōpositio sup̄addit geminationi: vt q̄l̄q; q̄l̄isqual: q̄ntusquāt: quotquot: cuiuscūq;. Possessiui vt cuiuscūq;: vbiubi: vnde vnde: vt ut quicūq;. z ita de oib⁹ q̄ p̄nt̄ recipe cūq;: vt quātūcūq;. Nec enī absq; geminatiōe sup̄ta interrogatiua sunt z infinita: nec h̄nt̄ gn̄alē p̄nūciationē. i. nō sunt distributiua. s̄ si geminant̄ absq; cōpositione adhuc nihil imutant: vt q̄s faciet h̄: q̄s geminata est ibi interrogatio. Si vñ cōponant̄ amittūt interrogatiōē: z fiunt collectiua z distributiua: vt quisquis currit mouet̄. i. ois q̄. silt̄ q̄l̄isqualis. i. quasi bet qualis. z vbiubi est ignis est calor. i. vbiūq;. z vtut legit plato legit sortes. i. vtiūq;. z ita de alis vñlib⁹ dicēdū est: q̄re nō geminant̄ propter alterutrū cōponētū. s. hunc ablatiuū re. De cōstructione aut̄ hui⁹ noīa quisquis: z dictionū recipientū cūq; scias qd̄ dictio gemina vt quisq;: vel recipient̄ cūq;: vt quicūq; habet vim duoz casuū. s. antecedentis z relatiui. vñ requirit duo verba poni in cōstructione: z ponenda sunt in eo casu in quo ponitur relatiuū facta explicatione: siue in eo casu poni debet quem requirit verbū sequens imediate: vt video quicūq; homo currit id est video omnē hominē qui currit. z quēcūq; hominem video currit id est omnis homo currit quem video. similiter video quicquid est hic intus: id est video omne id quod est hic intus. z quicquid video est hic intus id est omne est hic intus quod video. vel video quisquis homo est albus id est video omnem hominem qui est albus.

De geminatione pronomini per compositionē.

**En autē hic est** ignozandum qd̄ tria p̄noīa

geminata cōpositionē h̄nt̄ in actō z abltō tñ: vt meme tete sese: z h̄ tñ in singulari faciūt p̄ter sese qd̄ geminat̄ tā in singulari q̄ in plurali. Si ergo dicat̄ nos nos ille ille nō est cōpositio s̄ geminatio tñ. Querit̄ vñ cōtingat illa cōpositio tñ in duob⁹ casib⁹: Ad h̄ dicit̄ P̄ris. qd̄ isti soli casus monasyllabi repunt̄ singulares in his trib⁹ bus p̄noīb⁹. z inde p̄cessit cōpositio: qz regunt̄ vno acuto accētū. Et scias qd̄ h̄ p̄dicta cōpositio ē utilis: qz vbi tal̄ geminatio repit̄ in actō z abltō istoz p̄nominū: statū habet respect⁹ ad cōpositionē q̄ in nobis ē. s. ad aīaz z corp⁹ vt diligo meme. i. diligo me fm̄ vtrāq; boīez. vñ in Salustio habet̄: Noīes q̄ studēt sese p̄stare ceteris aīalib⁹. sese dicit̄ q̄tū ad aīaz z corp⁹. Et videmur in hoc imitari grecos q̄ duob⁹ obliq; casib⁹ istoz p̄nominū vñ sunt in singulari nūero monasyllabas syllabicas adiectiōes addūt. Jam habemus qd̄ geminatio facit cōpositionē in interrogatiuis: z in his trib⁹ me te se vbiūq; fit alibi geminatio nulla est ibi cōpositio: qz nihil ibi cōpositio sup̄addat: vt deus deus. tantū enī valet ista geminatio si est cōpositio quantū si nō est cōpositio. z iō talis cōpositio tanq; proz fus inutilis recusanda est.

De prepositionibus que cum noīb⁹ componunt̄.

**Ueritur autē** multū de prepositionib⁹ q̄ cū noīb⁹

